

Die homiletischen Werke des Prager Magisters Nikolaus von Louny

Eine bedeutende Rolle in der Geistesgeschichte Böhmens zur Zeit des Königs Johann von Luxemburg und seines Sohnes Karls spielte der Augustiner-Eremit Nikolaus von Louny (de Luna). Dank der erschöpfenden Monographie von J. Hemmerle¹⁾ kennen wir seinen Lebenslauf verhältnismässig gut. Die Ernennung Nikolaus zum Weihbischof von Regensburg, sowie auch einige andere Umstände deuten darauf hin, dass er der deutschen Nation angehörte, obwohl seine begeisterte Lobrede auf die slavischen Ahnen Karls mütterlicherseits eher für seinen tschechischen Ursprung sprechen würde²⁾. Er wurde am Ende des 13. Jahrhunderts geboren und war seit ca. 1315 Mitglied des Augustinereremiten-Ordens. Nach den Studien am Generalstudium seines Ordens in Prag und an der Pariser Universität, wo

1) J. HEMMERLE, *Nikolaus von Laun. Ein Beitrag zur Geschichte der Prager Universität und des Augustinerordens in Böhmen*. Forschungen zur Geschichte und Landeskunde der Sudetenländer II. Studien zur Geschichte der Karls-Universität zu Prag. Freilassing-Salzburg 1954, 81-129. — Weitere Literatur: F. ROTH, *Nikolaus von Laun*. Augustiniana 5 (1955), 288-295. — F.M. BARTOŠ, *Z naší středověké literatury latinské* (Aus unserer mittelalterlichen lateinischen Literatur). Listy filologické 64 (1937), 129-130. — F.M. BARTOŠ, *Příspěvky z dějin Václava IV. Z počátků theologické a lékařské fakulty university Karlovy* (Beiträge zur Geschichte Wenzels IV. Von den Anfängen der theologischen und medizinischen Fakultät). Věstník České akademie 53 (1944), 84. — Ad. ZUMKELLER, *Die Lehrer des geistlichen Lebens unter den deutschen Augustinern vom 13. Jahrhundert bis zum Konzil von Trient*. S. Augustinus vitae spiritualis magister II. Roma 1959, 268-269. — Ad. ZUMKELLER, *Manuskripte von Werken der Autoren des Augustiner-Eremitenordens in mitteleuropäischen Bibliotheken*. Augustiniana 12 (1962), 453-454. — Ad. ZUMKELLER, *Die Augustinerschule des Mittelalters: Vertreter und philosophisch-theologische Lehre*. Augustiniana 27 (1964), 242-243. — J. KADLEC, *Řeholní generální studia při Karlově universitě v době předhusitské* (Die Ordens-Generalstudien bei der Karlsuniversität in der vorhussitischen Zeit). Acta Universitatis Carolinae — Historia Universitatis Carolinae Pragensis 7 (1966), 83-84. — J. KADLEC, *Das Augustiner-Generalstudium bei Sankt Thomas zu Prag in der vorhussitischen Zeit*. Augustiniana 17 (1967), 390-391.

²⁾ Siehe unten Beil. 2.

er das Doktorat der Theologie erlangte, wirkte er als Lektor am Generalstudium zu St. Thomas in Prag. Diese seine Tätigkeit ist zum erstenmal für das Jahr 1334 bezeugt. In den Jahren 1344-1354 war er zugleich Vorsteher der bayerischen Ordensprovinz, in die auch böhmische Klöster eingegliedert waren. Als Karl IV. im Jahre 1348 in Prag die Universität gründete, wurde er einer der fünf Professoren ihrer theologischen Fakultät. Das Amt des Universitätsprofessors bekleidete er bis zu seiner Ernennung als Weihbischof von Regensburg. Er starb im Jahre 1371.

Aus dem literarischen Nachlass des Magisters Nikolaus von Louny sind nur kleine Bruchstücke erhalten geblieben, die sämtlich seiner homiletischen Tätigkeit entstammen.

Das umfangreichste homiletische Werk Nikolaus enthält der Kodex der Jagellonischen Universität in Krakau Nro 1649, Fol. 6r-40v³⁾. Der Titel lautet: «*Super Missus est, expositio litteralis*». In Wirklichkeit aber bietet hier der Magister eine zusammenhängende Erklärung der ganzen Kindheit Christi in dieser Folge dar: Lc 1,26-38 (Fol. 6rb-14vb), Lc 1,39-56 (Fol. 14vb-21va), Mt 1,18-21 (Fol. 21va-24vb), Lc 2,1 (Fol. 25ra-25va), Lc 2,1-20 (Fol. 25va-32va), Lc 2,21 (Fol. 32va-34vb), Lc 2,22-32 (Fol. 34rb-38ra), Lc 2,33-52 (Fol. 38ra-40va). In die Erklärung sind zwei dogmatische Quaestiones eingereiht: «*Utrum virgo Maria fuerit naturalis mater Christi*» (Fol. 24vb-25ra) und: «*Utrum beata Maria virgo habuit se activo modo in conceptione Christi*» (Fol. 25ra).

Der Autor ist sehr bemüht um eine genaue und ausführliche Zergliederung des Stoffes. Als Beispiel sei die Erklärung des Englischen Grusses angeführt:

«*In hoc evangelio ista nobis manifestantur. In quo quatuor tanguntur, videlicet:*

- (1) *nova legacio angelice dignitatis — missus est angelus,*
- (2) *vera salutacio celestis pietatis — et ingressus angelus,*
- (3) *mira allocucio perfecte castitatis — dixit autem,*
- (4) *devota humiliacio virginee voluntatis — dixit autem Maria.*

³⁾ Für gefällige Besorgung der Photokopien danke ich der Dokumentationsabteilung der Anstalt für die Geschichte der tschechischen Literatur bei der Tschechoslowakischen Akademie der Wissenschaften in Prag.

Prima pars in quinque dividitur, quia :

- 1^o ponit missi nuncii dignitatem, quia : angelus Gabriel,
- 2^o mittentis Dei auctoritatem, quia : a Deo,
- 3^o loci, ad quod mittitur, congruitatem, quia : in civitate,
- 4^o virginis, ad quam mittitur, ydoneitatem, quia : ad virginem,
- 5^o virginei nominis condicionalem qualitatem : et nomen virginis Maria.

Secunda pars dividitur in tria :

- 1^o ponit salutacionem angeli ingredientis,
- 2^o disposicionem virginis audientis, quia : cum audisset,
- 3^o confortacionem virginis verecundantis : et ait angelus ei.

Tercia pars dividitur in tria :

- 1^o ponitur virginis questio : quo modo,
- 2^o questionis ratio : quoniam,
- 3^o angeli certificantis responsio.

Quarta pars, ubi ponitur devota humiliacio virginee voluntatis. Hucusque virgo audivit incarnationis dominice factum et modum, hic aperit voluntatem et assensum suum, et in isto assensu quatuor implicantur, scilicet :

- 1^o promptitudo in voluntate et in recta ratione : ecce,
- 2^o humilitas devota in casta locutione : ancilla,
- 3^o prudencia mansweta in magna discrecione : mihi secundum verbum tuum ».

Jeder von den letztgenannten Punkten ist wiederum in einige Abschnitte eingeteilt.

Obwohl die Predigten als « *exposicio litteralis* » bezeichnet sind, bedeutet dies keineswegs, dass sie nur eine literarische Erklärung des Evangeliums enthalten. Das Attribut « *litteralis* » bedeutet vielmehr, dass der Autor kein einziges Wort des biblischen Textes unbeachtet lässt. ⁴⁾ Ausser dem literarischen Sinne sucht er mit Vorliebe auch den

⁴⁾ Siehe z.B. 27vb : « *pannis eum involvit, scilicet vilibus et veteribus, et dicit pannis pluraliter, quia propter paupertatem non habuit unum sufficientem. Unde pannosi, quia pannos veteres invicem consutos induunt. Sed queritur, si fuerint ibi obstetrices, ut nascentem infantem susciperent, balnearent et pannis involverent. In hystoria dicitur, quod Yoseph duas adduxerit, sed est apocryfum. (28va) Ideo dicendum,*

moralischen und mystischen. Wenn er z.B. die Erzählung von der Darstellung des Herrn im Tempel zu Jerusalem erörtert, schreibt er :

(36va) « Ideo nota *moraliter* quod quadruplex est templum secundum quadruplicem Scripture intellectum, scilicet materiale, corporale, spirituale, intellectuale, et in quo Deum querentes ipsum invenimus et in quo se Christus nobis offert ut redemptor pius; primum templum est oratorium ecclesie, secundum secretum consciencie, tertium sacramentum virginis Marie, quartum edificium celestis patrie. Secundum *intellectum litteralem* ad primum est sciendum, quod ad *templum materiale* est veniendum, ut oremus, nam in eo est exaudicio oracionum ..., remissio peccatorum ..., receptio corporis Christi et susceptio sacramentorum ..., instructio ignoratorum (!) ... Secundum templum est *corporale*, de quo Io 2^o : Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Dicitur autem corpus Christi templum ratione inhabitationis, quia ibi habitavit plenitudo deitatis ...; ratione compositionis : 3 Reg. 6^o de triplici materia fuit templum edificatum extrinsecus, lapideum scilicet de marmore albo, intrinsecus ligneum de lignis imputribilibus, et super lignum aurum affixum — hec triplex materia fuit in Christo, nam aurum excellenciam divine nature insinuat, marmor candorem sive candidam puritatem assumpte carnis significat, lignum imputribile anime naturam representat, que deitati inseparabiliter est unita; ratione consecracionis vel sanctificationis. Ubi est notandum, quod templum consecrandum primo aqua aspergitur, secundo alphabetum per pavementum scribitur, tercio lumen accenditur, quarto thus incensatur, quinto reliquiis inclusis decoratur. Hec omnia in templo corporis Christi sunt, nam : caro ipsius (36vb) virtute Spiritus sancti purgata fuit ab omni corrupcione quasi aqua aspersa immundissime carnis assumptione. Scriptus intus et foris doctrina et predicatione, intus ex eterni unione, foris ex vite perfeccione ...; luminaria in hoc templo apponuntur et apponita (!) vel accensa in miraculorum operatione ...; thus concrematur in passionis devotissima suscepcione ...; reliquiis ornatum fuit in gloriosa resurrectione, quia inter angelos et homines audita est leticia cum exultacione. Tercium templum est *spirituale*, et

quod ulla ibi fuerit, primo quia pregnantes indigent obstetricibus propter dolorem partus, sed Virgo non doluit, secundo quod ulla fuit digna tangere Christi carnem, nec que genuit, tercio quia eciam ulla ei lac prebuit, qui fuisset ex semine, sed sola Virgo hoc fecit. Unde ew. : Sola Virgo lactabat ubere de celo pleno, et hoc est quod dicit Ieronimus contra Helyudium, ulla ibi obstetrix, que pannis infantem involvit ... ».

est in humana mente. In quo omnis edificacio constructa crescit in templum sanctum in Domino, Eph. 2^o, hoc templum summus pontifex consecrat, quando animam in penitencia et baptismo iustificat ...; aqua cum vino aspergitur in penitencie iniunctione ...; duplex alphabetum inscribit in divine congregacionis et dileccionis firma impressione, lumina accendit in instinctu Spiritus sancti et lucida conseruatione ...; thus concrematur cum igne caritatis, resoluta mens in contemplacione Datoris inflammatur ...; reliquie includuntur, quando in mente sancta gesta sanctorum ad imitandum reservantur ... tunc ornamentis variis decoratur, quando donis carismatum ad vite perfectionem pertinentibus mens humana decoratur ... Quantum est *templum intellectuale eternitatis* sive ecclesie ⁵⁾ triumphantis, quod succedit templo ecclesie militantis. In huius templi dedicacione primo fit aque aspersio quantum ad omnimodam corrupcionis et mortalitatis simul ablucionem, quia secundum Apostolum: Oportet hoc corruptibile inducere incorruptionem ..., secundo fiet duplicis alphabeti descriptio in omnium visibilium et invisibilium (37ra) perfecta congregacione. Omnia tunc erunt munda et aperta oculis sanctorum, quia videbimus eum sicuti est; tercio luminarium accensio in apertissima Dei visione mencium electorum ...; quarto erit thuris concrematio in completa caritatis dileccione ...; quinto reliquiarum inclusio, quia in secreto contemplacionis sancti permanentes gaudebunt eterna fruicione, et tunc in templo eius omnes dicent gloriam. Hoc templum intrabunt quatuor persone, id est quatuor condiciones personarum istarum, videlicet Maria, Symeon, Ioseph et Anna, et hec persone digne Christum benedictum presentabunt in templum, nam Maria designat penitentes, Ioseph proficientes, Symeon in activa vita laborantes, Anna in contemplativa speculantes. Quorum si imiteris operacionem, et in templo suscipies ⁶⁾ anime tue redempcionem, quia tunc viderunt oculi tui salutare tuum».

Hie und da taucht auch sein sittenrühendes Eifern auf. Wenn der Prediger von den bethlehemitischen Hirten spricht, erspart er sich nicht, den Hirten den Spiegel entgegenzuhalten:

(29vb) « Sed heu multi prelati mittunt gregem famelicum, qui non pascunt iuxta Bethleem, id est sacram Scripturam reficientem, et tunc parvuli pecierunt panem et non erat, qui frangeret eis, quia nec

⁵⁾ Im Kodex folgt irrtümlicherweise: « militantis vel » ...

⁶⁾ Im Kodex unrichtig: « suscipiens ».

habent vitam exemplarem, nec doctrinam specialem. Unde Bernhardus super Cantica : Quomodo pascua divinorum eloquiorum edoces pastor ydiota, audi canticum meum : monstruosa res est gradus summus, animus infirmus; sedes prima, vita yma; lingua maculosa, manus et vita ociosa; capud canum, decor de sapientia vanum; facies rugosa, lingua nugosa; sermo multus, fructus ullus; auctoritas (30ra) magna, sciencia parva. Tu scienciam repulisti, ego te repellam. O res periculosa, speculator cecus, doctor inscius, precursor claudus, preco mutus, negligens prelatus. Hec Bernhardus ».

Die Darbietung ist mit biblischen Zitaten überfüllt. Von den patristischen Autoritäten kommen öfters Bernhard, Ambrosius, Augustinus und Chrysostomus vor, dann Hieronymus, Beda, vereinzelt Petrus Chrysologus, Boethius, Alexander Halensis, aber auch Aristoteles und Seneca. Man sieht also auf den ersten Blick, dass es sich um Predigten für ein theologisch gebildetes Publikum handelt, für Mitglieder des Augustinerordens oder für akademische Hörer. Das wird auch durch beide obenerwähnte theologische Quaestiones bestätigt, die in den Text eingereiht sind :

(24vb) « *Queritur, utrum virgo Maria fuerit naturalis mater Christi.* Et dicendum primo, quod non, quia propter solum materie administracionem non dicitur mater alterius. Prima conclusio, quod concepcio Christi fuit supernaturalis simpliciter, quia effectus productus ab agente supernaturali modo supernaturali est supernaturalis. Probatur: Quod in ullam naturalem causam potest reduci, est supernaturalis. Secunda conclusio, quod secundum quid est naturalis, quia quod est ex sangwinibus naturalibus virginis, quia quod sic ex apta et naturali materia. Sed concludendo materiam propositam dico, quod Maria virgo est naturalis et vera mater Dei et hominis, quia administrat veram materiam et in utero conceptum naturaliter nutrit et conservat et ad debitam generacionem producit. Sed contra : Tunc ea ratione Spiritus sanctus esset pater, quia non minus ipse fecit omnia ad virtutem agentis pertinencia, quam virgo ad virtutem patientis. Ideo (25ra) est dicendum, quod Spiritus sanctus proprie loquendo non potest dici pater, quia non secundum deitatem, nec secundum humanitatem, quia generacio est opus nature, sed Spiritus sanctus non per naturam, sed per liberam voluntatem formavit corpus Christi, et ideo habuit illa, que requiruntur ad virtutem paternam. Inproprie tamen ratione creacionis potest dici pater — Psalmista : Nonne ipse est pater tuus etc.

Ratione cuius item queritur, *utrum beata Maria virgo habuit se activo modo in conceptione Christi.* Ad quod dicendum, quod quatuor

requiruntur ad perfeccionem prolis in materno utero, scilicet materie propagacio, carnis formacio vel organizacio, localis conservacio et concepte prolis nutritio. Quantum ad primum, tercium et quartum, se habuit active, quia concipiens veram prolem, quam novem mensibus nutrit et profecit, vel nutrit et perficit, usque ad perfectam generationem producit, active se habet ad omnes istas condiciones. Sed virgo fuit huiusmodi etc. Quantum ad primam condicionem, quod materie preparacio per activam digestionem sangwi<ni>s nutrit pater per Aristotelem XIV^o De animalibus. Quantum ad secundam, tunc matrix est locus naturalis concepte prolis. Quantum ad terciam, patet, quia sufficiens alimentum habuit. Secunda conclusio, quod quam ad carnis formationem et organizationem habuit se active, quia quod spectat ad virtutem paternam, matri attribuitur. Item Aristoteles IX^o De animalibus ».

M. Nikolaus von Louny hatte zweifellos den Ruf eines hervorragenden Redners. Sonst wäre ihm nicht die Ehre zuteil geworden, anlässlich zweier bedeutsamen Begebenheiten seiner Zeit als Festprediger zu reden: anlässlich der Feier der Erhebung des Prager Bistums zum Erzbistum, und anlässlich der Krönung Karls IV. zum böhmischen König. Beide Reden sind in einer dürftigen Abschrift in der Handschrift E 54 des Prager Metropolitankapitels aus der 2. Hälfte des 14. Jahrhunderts überliefert ⁷⁾.

Nach den vergeblichen Versuchen der böhmischen Herrscher Břetislav I., Přemysl Otakar I. und Přemysl Otakar II., eine eigene Kirchenprovinz zu errichten, gelang es Karl IV. dank dem freundschaftlichen Verhältnis zum Papste Klement VI., dass das Prager Bistum aus dem Mainzer Metropolitanverband entlassen und selbständiges Erzbistum wurde. Als am 21. November 1344 dem ersten Erzbischof, Ernst von Pardubice, das Pallium als Abzeichen seiner Würde überreicht wurde, hielt M. Nikolaus eine Festrede auf das Thema: « Vestivit pontificem stola bissina » (Gen. 41,42). Aus dem

⁷⁾ Der Kodex, der die Schriften der Mitglieder des Augustinerordens oder die Schriften, die in irgendwelcher Beziehung zum Augustinerorden sind, beinhaltet (siehe A. PATERA - A. PODLAHA, *Soupis rukopisů Knihovny metropolitní kapitoly pražské, Handschriftenkatalog der Bibliothek des Metropolitankapitels zu Prag, I.*, Prag 1910, Nr. 812), stammt wahrscheinlich aus dem Sankt-Thomas Kloster in Prag. Die Predigten Nikolaus sind aber kein Autograph Nikolaus', wie Hemmerle 124 schreibt, sondern eine dürftige, mit Fehlern überfüllte und schwer leserliche Abschrift. Für die Hilfe beim Lesen der in der 2. Beilage veröffentlichten Predigt bin ich Prof. Dr. B. Ryba zum Dank verpflichtet.

Thema ergibt sich die Gliederung der Predigt in drei Teile (Vestivit — pontificem — stola bissina), ihre Durcharbeitung ist aber nicht gleichmässig. Bis in Einzelheiten ist der erste Teil ausgeführt, in dem das erste Wort des Themas von verschiedenen Gesichtspunkten betrachtet wird. Der Prediger gibt Ausdruck der Freude, die die Erhebung Prags zum Metropolitansitz allen gebracht hat, dem antretendem Erzbischof, der Stadt Prag, dem Königreich Böhmen und nicht zuletzt dem König Johann und seinem Sohne Karl, deren Vorzüge er rühmt und denen er von Gott die notwendigen Gaben erfleht. Indem er das zweite Wort, pontificem, erörtert, sagt er, dass es weder die vornehme Herkunft, noch der Reichtum, noch die Ehren sind, die den neuen Erzbischof empfehlen, sondern sein Leben, das den Eigenschaften entspricht, welche der hl. Paulus im ersten Briefe an Timotheus (1,7) von einem Bischof verlangt. Stola bissina bedeutet nach Auslegung des Predigers die Tugenden. Von den Tugenden, die ein Erzbischof vonnöten hat, wird gleich am Anfang des ersten Teiles ausführlicher gesprochen, deswegen ist der dritte Teil sehr kurz.

Der Prediger bleibt seiner Gewohnheit treu, die Rede in eine ganze Reihe von Abteilungen und Unterabteilungen aufzuteilen. Wenn auch die Predigt in formeller Hinsicht an einer ungleichmässigen Gliederung leidet, so bezeugt sie durch die grosse Menge von biblischen, patristischen und scholastischen Zitaten (Hieronimus, Augustinus, Boethius, Pseudo-Cyprianus, Gregorius, Isidor, Bernhard, Innozenz III. und Decretum Gratiani) die ausserordentliche Gelehrsamkeit ihres Verfassers.

Was die Form anbelangt, so ist M. Nikolaus die zweite Festrede besser gelungen, die er am 2. September 1347 anlässlich der Krönung Karls IV. zum böhmischen König im St. Veitsdom in Prag hielt. Dem neuen Krönungszeremoniell gemäss wurden gleich zu Beginn der Krönungsfeier zwei Predigten vorgetragen, die eine zum Volke, die andere zum Klerus. M. Nikolaus sprach zum Klerus über das Thema :

⁸⁾ Siehe F. Kor, *K slavnému jubileu církevní metropole české* (Zum feierlichen Jubiläum der böhmischen Kirchenmetropole). Sammelwerk Praha šest set let církevní metropolí. Prag 1944, 9-57.

⁹⁾ *Korunovační řád českých králů* (Die Krönungsordnung der böhmischen Könige). Uebersetzt von K. Doskočil. Prag 1941, 12. — Siehe J. Cibulka, *Český řád korunovační a jeho původ* (Die böhmische Krönungsordnung und ihre Herkunft). Separatdruck aus Časopis katolického duchovenstva 1934.

« Eris corona glorie in manu Domini et diadema in manu Dei tui » (Is. 62,3).

Am Anfang gedenkt der Prediger, dass König Karl auf den Namen Wenceslaus (Václav) getauft wurde und den Namen Karl bei der Firmung nach seinem Paten, dem französischen König, angenommen hat, und sagt, dass die einzelnen Buchstaben dieser beiden Namen andeuten, was der Herrscher als römischer Kaiser und als böhmischer König ist und sein soll.

Die Buchstaben, die den Namen Karl in seiner lateinischen Form Carolus bilden, beziehen sich auf die kaiserliche Würde Karls und sagen seine glorreiche Regierung voraus : C — Clarissimus, A — Augustus, R — Rex, O — Orbis, L — Legifer, V — verax, S — Salutiferus. Damit ist die Schönheit seiner Tugenden, die Sorgfalt in der Pflichterfüllung, die vornehme Art seiner Regierung, die Gerechtigkeit in der Legislatur und im Gerichtswesen und die Vorsicht in der Leitung der Untergebenen angedeutet.

Die Buchstaben, die den Namen Václav in seiner lateinischen Form Wenceslaus, verstümmelt in « Weneslaus », bilden, beziehen sich auf die Würde des böhmischen Königs : W — Wultu, E — Elegans, N — Natura, E — Equanimis, Z — Zelator, L — Legis, A — Amator, V — Virtutis, S — Strenuissimus. Das bedeutet, dass der Herrscher ein elegantes Auftreten hat und durch eine natürliche Ausgeglichenheit, durch Eifer für Gerechtigkeit, durch Liebe zur Tugend und durch Tatkraft hervorragt.

Jeder von den angeführten Punkten ist im ersten und zweiten Teile ausführlich erörtert und mit Beispielen aus der Heilsgeschichte, mit Zitaten aus der Heiligen Schrift, aus den Kirchenvätern (Augustinus, Gregorius, Isidor und Bernhard) und häufig auch aus der Profanliteratur (Aristoteles, Seneca, Cicero) belegt.

M. Nikolaus von Louny hat noch viele andere Reden verfasst. Der Codex Thomaeus, ein wichtiges Dokument für Geschichte des Augustiner-Ordens in den böhmischen Ländern, verzeichnet zwei weitere Predigtsammlungen von ihm : « Sermones in papiro Nycolai de Luna, principium : Erunt signa in sole, finis vero : quam coronam nobis in presenti » ¹¹⁾ und « sermones dominicales magistri Nicolai de Luna in

¹⁰⁾ Es ist ein Kopialbuch des Sankt-Thomas Klosters in Prag, jetzt im Zentralstaatsarchiv in Prag aufbewahrt.

¹¹⁾ Fol. 152r.

pargameno, principium : Hora est iam nos, finis vero : eternam promerentur amen »¹²⁾, die heute verschollen sind. Aber auch die verhältnismässig kleinen Bruchstücke, die uns aus dem homiletischen Werke M. Nikolaus von Louny bekannt sind, geben uns eine gute Einsicht in sein homiletisches Schaffen und berechtigen das Urteil, wonach M. Nikolaus von Louny eine Zierde seines Ordens, wie auch der Karlsuniversität und ihrer theologischen Fakultät war.

BEILAGEN

1 Sermo de pallio archiepiscopi [49ra]

« *Vestivit pontificem stola bissina* », Exod. 28 (recte : Gen. 41, 42).

Si consideremus, fratres karissimi,

divinam potenciam omnia producentem,

divinam sapienciam omnia disponentem,

divinam clemenciam omnia manutinentem,

divinam iusticiam omnibus secundum merita tribuentem,

tunc secundum beatum Ieronymum in glossa super illo verbo Gen. 1 (1) « *In principio creavit Deus celum et terram* »¹⁾ : « *Celestis sapientie summa profunditas ac sublimis providencie sincera serenitas tanta claritate creata conspexit, tanta unitate conspecta coniunxit, tam certa serenitate coniuncta distinxit, quod convenientibus sibi condicionibus cuncta compensavit, proprietates prestitit, virtutes profudit, virtutum variis vestibibus induit, specificatas naturas inposuit, pulcre modificaces qualitates induxit sicque singula singularavit et singulata legitime limi-*

¹²⁾ Fol. 153v. Es existiert eine ganze Menge von Predigtsammlungen, die mit « Hora est » und « Erunt signa » beginnen (J.B. SCHNEYER, *Wegweiser zu lateinischen Predigtreihen des Mittelalters*. München 1965, 292-323, 230-267). In den tschechoslowakischen Bibliotheken befindet sich aber nur ein kleiner Teil davon. Es besteht also die Hoffnung, dass es später gelingen wird, die Predigten M. Nikolaus von Louny zu entdecken.

¹⁾ *Hieronymus* — non inveni.

tavit, ut non omnibus omnia in essent, sed certis certa insereret, congrua competentibus cooptaret et distincta mensura cuncta decoraret». Sic igitur artis eterne magisterium iuxta Trinitatis secretum consilium iuxta leges et gradus universi militantem ecclesiam variis dignitatibus decoravit, clerum multiplicavit, sacerdotes et presules in suum ministerium dedicavit^a eosque virtutum varietate vestiens stolam immortalitatis in laborem mercedis eternaliter reservavit.

Qualia autem debeant esse vestimenta pontificum, idem Ieronymus in glossa super illud verbum Ezech. 16 (10) «*Vestivi te discoloribus, calciavi te iacincto*» pulcre describens sic ait²⁾: «*Vestitus pontifex discoloribus dicitur, qui variis virtutum generibus adornatur, de quibus Apostolus (Col. 3, 12): Induimini viscera misericordie, benignitatis, humilitatis, mansuetudinis et paciencie*^{b)}. Quid autem hac varietate pulcrius, quia summus pontifex semel in anno sancta sanctorum ingressurus variis hiis vestibus utebatur, sed nec humane divicie cuncteque delicie hanc varietatem faciunt, alioquin Nabuchodonosor et Pharaon hec vestimenta habuisse scriberentur, sed vite sanctitas varietasque virtutum, et ideo Ioseph, filius accrescens decorusque aspectu (Gen. 49, 22), hiis vestibus ornabatur». Et subdit Ieronymus³⁾: «*Sed pontifex iacincto, qui aerei coloris dicitur, calciatus describitur, ut celestia iugiter meditari designetur*». Hec omnia Ieronymus.

Ex quibus verbis, quamvis universaliter laus et preconium omnium^{c)} pontificum describatur, specialiter tamen pontificis ac presulis nostri domini Arnesti virtus, decor et gloria iubilose in sancta Pragensi ecclesia novo hodie munere encenziata solempniter predicatur, qui per sue laudabilis vite meritum archiepiscopatus hodie meruit accipere pallium, in quo spiritualis honor et dignitas designatur, ut dicitur in Decreto D. C c. *Prisca*⁴⁾. Habentes igitur talem pontificem^{d)}, qui hodie consedit figuraliter «*in dextera sedis magnitudinis in excelsis*», ad Ebreos 8 (1), «*adeamus cum fiducia tronum gracie*» (Hebr. 4, 16) et in festo et solempnitate nostri presulis dicamus Deo maiestatis:

^a dedicavit] *add. in linea super.*

^b paciencie] *corr. ex: paciencia*

^c omnium] *corr. ex.: suorum*

^d pontificem] *corr. ex: pontifex*

²⁾ Hieronymus, *Commentarius in Ezechielem prophetam*, lib. 4 c. 16 (PL 25, 131-132).

³⁾ Hieronymus, *Commentarius in Ezechielem prophetam*, lib. 4 c. 16 (PL 25, 132).

⁴⁾ Gratianus, *D. 100 c. 2* (Friedberg I, 352).

« *Vestivit pontificem stola bissina* » (Gen. 41, 42). In quibus verbis sacrosancta mater ecclesia, que Spiritu sancto inspirata nostro regno Boemie glorioso, magno et laudabili munere providit, nostrum pontificem omnibus virtutibus Arnestum^e tripharie nobis reddit commendandum :

ab actu decoris in decore adornatus virtuose — « *vestivit* »,
a gradu honoris in honore sublimatus generose — « *pontificem* »,
a statu valoris in valore decoratus gloriose — « *stola bissina* ».

Ex primo vestitur hodie regnum Boemie et ecclesia Pragensis dignitate singulari, qua generositatis fastigio sublimius elevatur — « *vestivit* »,

ex secundo iocunditate presulari, qua potestatis signifero copiosius honoratur — « *pontificem* »,

ex tercio utilitate speciali, qua felicitatis enczenio preclarius decoratur — « *stola bissina* ».

Primum probat mirificum ornamentum spiritualis cooperture, quia : « *vestivit* ». Vestitus enim graciis et virtutibus et perfeccionibus innumeris decoratus, ut sibi dicamus illud Is. 49 (18) : « *Hiis omnibus velud vestimento vestiente vestieris* ».

Secundum declarat ierarchicum sacramentum pastoralis prelatore, quia : « *pontificem* ». Ad Ebreos 5 (10) : « *Appellatus a Deo pontifex secundum ordinem Melchisedech* ».

Tercium demonstrat^f magnificum complementum irrationalis creature, quia : « *stola bissina* », id est pallio, in quo gracia^g figuratur et gloria. Gen. 41 (42) : « *Vestivit eum stola biss<in>a* ».

Vestivit igitur Dominus maiestatis pontificem tante dignitatis stola bissina, id est pallio iocunditatis, in quo merebitur gloriam immortalitatis.

[49rb] Dico primo, quod sancta mater ecclesia nostrum pontificem Arnestum, dignum arc<h>iepiscopum et prelatum in verbis preassumptis reddit nobis eximie commendandum : ab actu decoris in decore adornatum virtuose. Ex quo ecclesia Pragensis et regnum Bohemie vestitur dignitate singulari, qua generositatis fastigio sublimius elevatur, quod probat mirificum ornamentum spiritualis cooperture, cum premittitur : « *vestivit* ». Ubi considerandum, quod quemadmodum elementa et ex hiis complexa irra-

^e Arnestum] in linea super. add. : et onustum

^f demonstrat] add. in linea super.

^g gracia] in linea super. add.

cionalia diversis ornamentis fulcita induuntur et ornantur, sic homo racion<al>is ex elementis pulcre ad medium redactis diversis virtutum vestibis actu decoris mire vestitus redimitur. Vestitur autem in naturalibus rebus :

aer celico splendore,
ignis fervido rubore,
terra rorido humore,
flores mellico dulcore,
arbores florido decore.

Sic^h quilibet homo racion<al>is, maxime prelatus et precipue noster archiepiscopus, hodie induens dominum Ihesum Christum vestitus est :

splendore recteⁱ congnicionis,
fervore sancte professionis,
dulcore fraterne dileccionis,
decore superne perfeccionis.

Dico primo, quod hodie induit splendorem recte congnicionis. Ad litteram enim ipse habet

intellectum elevatum ad percipiendam omnem veritatem,
intellectum illuminatum ad percipiendam cunctam bonitatem,
intellectum purificatum ad pregustandum summam felicitatem,
et ideo sibi hodie dicit Christus (Ps. 31, 8) : « *Intellectumⁱ tibi dabo et instruam te in via, qua gradieris : firmabo super te <oculos meos>* ». Et merito, quia :

« *intellectum tibi dabo* », ut sis ignorantium doctor luminosus,

« *instruam te in via hac* », ut sis deviancium rector virtuosus,

« *firmabo super te oculos meos* », ut sis impotencium defensor vigorosus attendens illud, quod dicit Gregorius et habetur in Decreto C. I q. 7 c. *Convenientibus* ⁵⁾ : « *Non oportet nos, qui episcopi sumus, indigere doctrina, sed aliorum esse doctores* »; et infra ⁶⁾ : « *Malorum doctorum mala doctrina* » ^k.

^h Sic-est] in marg. add.

ⁱ recte] add. in linea super.

^j Intellectum] in marg. : Psalmus

^k doctrina] in marg. : Diligenter agnosce ... (cetera legere non potui)

⁵⁾ Gratianus, C. I q. 7 c. 4 (Friedberg I, 4).

⁶⁾ Gratianus, ib.d. (Friedberg I, 4)

Propter hoc ipse prelatus noster studet :

illustrare subditorum congniciones,
regulare eorum operationes,
inflammare ipsorum affecciones,

ut propter splendorem istius lumine congnicionis sibi dicere pos-
simus illud Ps. (103, 1-2) : « *Confessionem et decorem induisti amictus
lumine sicut vestimento* ».

Secundo indutus et vestitus est fervore sancte professionis, scilicet
fide lucide veritatis. Ad Rom. 13 (12) : « *Abiciamus opera tene-
brarum et induamur¹ arma lucis* ».

Tercio humore profunde devocionis in ostensione humilitatis,
recolens doctrinam Apostoli (Col. 3, 12) : « *Induite viscera misericor-
die, benignitatem, humanitatem, modestiam et pacienciam, supportantes
invicem* ».

Quarto dulcore fraterne dileccionis in fervore caritatis, et de hoc
vestimento quam plurimum gratulatur, dicente Isaia 61 (10) :
« *Gaudens gaudebo in Domino et exultabit anima mea in Deo meo, quia
induit me Dominus vestimento salutis* ».

Quinto indutus est decore superne perfeccionis ex conversacione
claritatis, quia cum in^m eo « *mortale hoc induerit immortalitatem* »
(cf. 1 Cor. 15, 53), ipse habebit eternitatis iocunditatem. Eccli (15,
5-6) : « *Stolam glorie induit eum et iocunditatemⁿ et exultacionem the-
saurizabit super eum* ».

Hec autem omnia diversarum virtutum indumenta et vestimenta
pulcre figuraliter in nostrospon<ti>fice dantur intelligi^o Ezech.
16 (10-13), ubi dicitur : « *Vestivi te discoloribus, calciavi te iacincto,
cinxi te bisso, indui te subtilibus, ornavi te ornamento, dedi annulos in
manibus tuis, torquem circumdedi collo tuo, dedi aurum in auribus
tuis et coronam decoris in capite tuo et ornatus es auro et argento* ». Et
plura ornamenta ibi ponuntur, quibus noster p<ontifex> vestitur.

Ad ornatum autem istius dignissimi pontificis civitas nostra Pra-
gensis vestitur hodie dignitate singulari, qua generositatis fastigio
sublimius elevatur. Nam Praga dicitur quasi paragra, id est per-

¹ induamur] in marg. : Induite

^m in eo] add. in linea super.

ⁿ iocunditatem] in marg. : Iocunditatem

^o intelligi] seq. sed del. : Exod.

^p aurum] corr. ex : auribus

transire. Hodie enim Praga totum cursum suum peragravit, quem longo tempore complere non potuit. Peragravit enim et pertransivit omnia ^a signa Zodiaci et in solo Sagittario invenit perfeccionis complementum. Sol enim ad litteram hodie manet in sagitta per septem gradus cum minutis quinquaginta ad designandam nostre civitatis septiformem gracie perfeccionem et quinquagenarii numeri, id est anni iubilei, qui hodie in hac civitate peragitur, totalem adimplecionem. Hoc autem non invenit ipsa in precedenti cauda Draconis, nec in Libra equinoctialis ponderacionis, nec in Virgine mansuetudinis, nec in Leone fortitudinis, sed solum in archu sagittantis penetracionis. Ad litteram enim hodie noster prelatus suam sponsam Pragensem ecclesiam sagitta intime caritatis penetravit, ut ipsa sibi hodie diceret cum beato Augustino in libro Confessionum ⁷⁾: «*Sagittaveras tu cor meum caritate*». Et ipse sibi respondet Cant. 4 (9): «*Wlnerasti cor meum, soror mea sponsa*». Predicta ergo omnia celi signa peragravit ^r, sed hodie ad punctum devenit

gloriose delectacionis. Ps. (86, 3): «*Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei*», (Ps. 86, 7): «*sicut letancium*» etc.;

amicissime congratulacionis, qua omnium est unum gaudium. Is. 19 (18): «*Civitas solis vocabitur una*»;

concordissime laudis et iubilacionis. Igitur «*lauda civitas Iherusalem Dominum, quia per omnes plateas et vicos eius cantabitur Alleluia*», Thob. 13 (22);

iocundissime et nove desponsacionis. Apoc. 21 (2): «*Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam, descendentem de celo a Deo, paratam, tamquam sponsatam ornatam viro suo*»;

gloriose coronacionis et solempnis honoracionis, et illud figuratum est Hester 6 (6-9), «*quid fieri debet viro in civitate, quem rex voluit honorare*». [49va] Nam «*talis debet indui vestimentis regis et accipere dyadema regis super capud suum et per plateas civitatis incedens sic de ipso dicatur: Sic honorabitur, quem rex voluit honorare*». — «*In die ergo illa erit Dominus coram populo et accipiet regnum decoris de manu Domini*» (Sap. 5, 17). Noster igitur prelatus sic hodie vestitu regis honoratus dulciter al<1>oquitur hodie suam civitatem dicens: «*Induere vestimentis glorie tue, civitas sancta*», Is. 52 (1), «*ut*

^a id est pertransire] add. in linea super.

^r omnia — peragravit] in marg. infer. add.

⁷⁾ Augustinus, Confessionum lib. 9 c. 2 (PL 32, 764).

pertranseat per te omnis incircumcissus et immundus, quia vir sapiens liberavit hanc urbem per sapienciam suam», Eccl. 9 (15)^s

In hac igitur civitate hodie videmus :

nostri presulis mirificum splendorem,
tocius cleri pulchricum decorem,
ecclesie Pragensis amplificum valorem,
regni Bohemie iubileum canorem
et regie potestatis dignificum honorem.

Gaudeat igitur rex Iohannes, in quo est gracia pacis, salutis et veritatis. Ps. (73, 12) : « *Rex operatus est salutem in medio terre* », scilicet regni sui, quod est in Praga. Gaudeat igitur rex :

propter inobliquabilitatem sue iustialis equitatis. Ierem. 23 (5) : « *Regnabit rex et sapeins erit et faciet iusticiam et iudicium in terra Bohemie* »;

propter inobfuscabilitatem specialis claritatis. Eccl. 10 (17) : « *Beata terra, cuius rex est sapiens* »;

propter speciositatem clemencialis bonitatis. Is. 33 (17) : « *Regem in decore suo videbunt* ».

Benedictus sit regis filius primogenitus Karolus, qui
karitatis oculus,
karitatis cumulus, vel
karitatis rivulus

digne nominatur, quia ipse :

karitatis oculo regnum Bohemie efficit luminosum. Mt. 13 (43) : « *Iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris mei* »;

regnum Bohemie caritatis cumulo efficit copiosum. Mt. 25 (34) : « *Venite benedicti Patris* »;

caritatis rivulo ipsum disponit gaudiosum sive deliciosum. Luc. 22 (29) : « *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater regnum* ».

Orantes igitur pro eo dicamus : « *Adveniat regnum tuum* » (Mt. 6, 10), et regnum tuum regnum hodiernum, non omnium seculorum, sed dominatio tua. Dan. 2 (44) : « *Regnum eius alteri non tradetur* ». Totus hodie clerus « *gloriam regni tui dicent et potenciam tuam narrabunt* » (Ps. 144, 11) et clamantes orabunt : « *Deus, iudicium tuum regi da et iusticiam tuam filio regis* » (Ps. 71, 2). « *Amodo non auferetur a nobis regnum nec corona regni dabitur alteri genti* » (cf. Dan. 2, 44).

Habeat autem omnia graciaram munera per nostrum venerandum

^s Eccl. 9] in marg. add. : Ecclesiasticus

pontificem. Optimus, qui vestitur pallio Helio a cunctis hodie in hac civitate vereatur, ut dicatur sibi illud (1) Mach. 2 (17) : « *Magnus est in civitate hac ornatus fratribus et filiis* ».

Et sic patet, quomodo ipse ostenditur commendandus ab actu decoris in decore adornatus virtuose, a quo regnum Bohemie et ecclesia Pragensis vestitur dignitate singulari, qua generositatis fastigio sublimius elevatur, quod probat mirificum ornamentum spiritualis cooperature, cum dicitur : « *vestivit* ». Et hoc de primo principali.

Secundo dico, quod sancta mater ecclesia hodie commendat nostrum dignum pontificem a gradu honoris in honore sublimatum genere. Ex quo vestitur ecclesia Pragensis iocunditate presulari, qua potestatis signifero copiosius honoratur, quod declarat^t jerarchicum sacramentum pastoralis prelature, quia : « *pontificem* ». Ubi advertendum, quod sicut ex diversis locis sacre Scripture et doctorum dictis colligitur, in aliquibus ecclesiis solent investiri et prefici pontifices quandoque

propter nobilitatem prosapie clarioris,
propter potestatem excellencie amplioris,
propter prosperitatem affluencie pocioris.

Sed nulla istarum condicionum est in pontifice commendanda simpliciter, quia taliter perfecti raro meliores, ymmo deteriores efficiuntur.

Nam si respicitur nobilitas prosapie clarioris, hoc reprehendit Gregorius in Dyalogo dicens⁸⁾ : « *Solet nonnullis nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, ut minus se in hoc mundo despiciant, cum se aliquid pre ceteris fuisse recongnoscant* ». Unde sancta Agnes dicit Quintiano⁹⁾ : « *Summa ingenuitas ista est, in qua servitus Christi comprobatur* ».

Si secundo respicitur potestas excellencie amplioris, hoc reprehendit Augustinus in libro De singularitate clericorum dicens¹⁰⁾ : « *Acrius clericis divitibus quam pauperibus invidetur et non inopes, sed locupletes prosequitur infestacio seria latronum, violencius propulsantur ventis et turbinibus culmina alciora, quo ergo quis plus potest, eo sibi*

^t declarat] codex : declararat

⁸⁾ Gregorius, *Dialogorum* lib. 2 c. 23 (PL 77, 178).

⁹⁾ In Iacobi de Voragine *Legenda aurea* (ed. Th. Graesse, Vratislaviae 1890, 113-117) non invenitur.

¹⁰⁾ Pseudo-Cyprianus, *De singularitate clericorum* (PL 4, 946).

magis noverit metuendum». Unde Sapientie 6 (7): «*Potentes potenter tormenta paciuntur*».

Si respicitur prosperitas affluentiae potioris, reprehendit Boetius 2^o De consolacione dicens ¹¹⁾: «*Non possumus ob honores reverentia dignos iudicare, quos ipsis honoribus iudicamus indignos*». Unde versificator ¹²⁾: «*Optimus esse [49vb] soles, te fecit honor meliorem. Estimo, quod fiat de meliore bonus*». Et Innocentius De miseria condicionis humane ad propositum dicit ¹³⁾: «*Dives in superfluitate resolvitur et iactantia effrenatur, corrumpit libitum et currit ad illicitum. Sunt instrumenta penarum, qui fuerunt oblectamenta culparum*».

Hiis condicionibus non preficitur nec vestitur hodie presul noster, sed aliis tribus simpliciter bonis, scilicet:

propter claritatem sapientiae verioris. Eccl. 37 (29): «*Sapiens in populo hereditabit honorem*»;

propter sanctitatem innocentiae purioris. Ps. (32, 1): «*Rectos decet collaudatio*»;

propter dignitatem eminentiae celsioris.

Ipse ad literam et quilibet prelatus excedit et excedere debet alios et eminere tamquam

maioris splendoris in claritate congregacionis,

maioris fervoris in caliditate dileccionis,

maioris valoris in fecunditate precacionis,

maioris dulcoris in suavitate contemplacionis.

Et hoc figuratum est in Saul 1 Reg. 10 (23-24), quia «*stetit Saul in medio populi et alcior fuit a humore et deorsum. Et dicit Samuel: Ecce videtis, quem elegerit Deus, quod non ei similis in omni populo*». Et merito, non tamen gradu honoris, sed statu vite melioris ¹⁴⁾. Unde Gregorius ¹⁴⁾: «*Apud Deum non gradus elegancior, sed vite melioris accio comprobatur*». Qui ergo doctior, qui sanctior et omni virtute eminentior, pontificis sumat dignitatem.

Et revera hic noster pontifex non as<s>umit sibi honorem, sed

¹⁴⁾ merito] in marg.: Christum significat

¹¹⁾ Boethius, *De consolacione philosophiae lib. 3 prosa 4* (PL 63, 736).

¹²⁾ H. WALTHER, *Lateinische Sprichwörter ... 3*, Göttingen 1965, Nro 20316a:

«*Optimus esse soles, te fecit honor meliorem.*

Ne fias, timeo, de meliore bonus».

¹³⁾ Innocentius III., *De contemptu mundi lib. 1 c. 16* (PL 217, 709).

¹⁴⁾ Gregorius, *Ep. 77* (PL 77, 531).

doctrinam Apostoli ^v, quia eo non procurante nec cupiente nec decertante vocatus est a Deo tamquam Aaron (cf. Hebr. 5, 4). Cervicem iugo divine dispensacionis humiliavit, prout sancti viri tenentur facere. De quibus Ysidorus ^x (3) libro De summo bono c. XXXIII^o ¹⁵⁾: « *Sancti viri nequaquam curas appetunt occupacionum secularium, sed oc<c>ulta divina dispensacione curas sibi inpositas gerunt et gemunt et quamvis illas propter meliorem intencionem fugiant, timentes tamen oc<c>ultam Dei dispensacionem suscipiunt, quod fugiunt, exercent, quod vitare videntur* ». Hec Ysidorus. Tales enim prelati solum per visionem manifestantur et per sanctos viros publicantur ad eligendum, ut de isto nostro prelato dicamus Deo: « *Tunc* », scilicet hodie, « *locutus es in visione sanctis tui<s> et dixisti: Posui adiutorium super potentem et exaltavi electum de plebe mea. — Manus enim (mea auxiliabitur ei)* », Ps. 88, 20. 22). Unde noster prelatus non se ingerens, sed divino nutui obediens dicere potest illud 1 Reg. 1 (6): « *Casu veni in monte(m) Gelboe* », id est ad altitudinem dignitatis percepte,

casu quidem, non nominacio<ne> magnificencie,
non genitivo magnifice prosapie nec diccio<ne> symonie,
non attraccio<ne> fraudulencie, nec oblacio<ne> violencie,
sed vocacio<ne>, casu et eleccio<ne> inspiracionis divine.

De facientibus dicti oppositum dicit Bernhardus super Cantica canticorum ¹⁶⁾: « *Utinam omnes ita vigiles essent ad curam, sicut currunt ad cathedram* ». Currunt autem ad cathedram aliqui indignis precibus, iniquis muneribus, fraudulentis decepcionibus, quemadmodum fecit

Abymalech, qui se ingessit, sed maliciose, Iud. 9,

Absolon sediciose, 2 Reg. 15,

Ananias presumptuose, 2 Mach. 3,

Iason ambiciose, 2 Mach. 4,

Symon magus symoniaca empeione, Act. 8.

Sed quid de istis, carissimi? Legimus enim Abymalech excerbiatum, Absolon lanceatum, Ananiam gladiatum, Iasonem exulatum, Symonem magum precipitatum et vituperanter suffocatum. Tales

^v Apostoli] in marg.: et ponitur in Scriptura

^x Ysidorus] in marg.: 3 liber De summo bono

¹⁵⁾ Ysidorus, *Sententiarum lib. 3 c. 33* (PL 83, 705).

¹⁶⁾ Bernhardus, *Super Cantica canticorum sermo 77* (PL 183, 1156).

pontifices sic honorem ambigentes reprehendit Ysidorus in libro De summo bono, ut supra dictum ¹⁷⁾ : « *Quamvis* », inquit, « *tam sanctum sit nomen episcopi, ut nulla viciorum ruga se sinat maculari, plerique tamen magis utilitatis proprie causa quam gregis desiderantes preesse, nec ut preesse possint presules fieri cupiunt, sed magis ut divites fiant et honorentur. Suscipiunt humilitatis culmen non pro pastorali tegimine, sed solo ambitionis honore, sicque abiecto honore dignitatis, solius nominis appetunt honorem* » ^y. Hec ille.

Sed revera talem pontificem non habemus, sed sicut dicitur ad Hebreos 5 (15), « *habemus pontificem temptatum per omnia similitudine absque peccato, qui potest compati infirmitatibus nostris* ». Ipse enim noster archiepiscopus est ^z « *assistens pontifex futurorum bonorum* » per amplius et perfeccius quorumcunque ^a predictorum (Hebr. 9, 11). Ipse est pontifex assistens

laborantibus, ne deficient,

deviantibus, ut proficiant,

bonum inchoantibus, ut perficiant,

attendens illud ad Hebr. (5, 1) : « *Omnis pontifex a Deo et ex hominibus assumitur, ut ignorantibus condoleat, et pro hominibus constituitur in hiis, que sunt ad Deum* ». Ipse enim preest nobis in hiis, que sunt ad Deum, scilicet :

in preceptorum observacione,

in consiliorum adimplecione,

in virtutum adquisicione,

morum composicione,

populorum erudicione

et viciorum revelacione,

attendens illud ad Titum (1, 7) : « *Oportet episcopum sine crimine esse, iustum, sobrium, sanctum et pudicum* ». Et ideo hodie secum omnes sacerdotes « *induuntur iusticia et sancti sui exultant* » (cf. Ps. 131, 9). Et ideo merito sibi debetur dignitas presularis, quia sicut dicitur LXI D. (c. 5) venerabilis Decreti ¹⁸⁾, « *nemo potest de eius proveccione dubitare, cui pro laboribus multis, moribus castis, accionibus strenuis*

^y honorem] adnotationem in marg. legere non potui

^z est] seq. sed del. : pontif.

^a quorumcunque] seq. sed del. : predictorum

¹⁷⁾ Isidorus, *Sententiarum lib. 3 c. 34* (PL 83, 706).

¹⁸⁾ Gratianus, *D 61 c. 5* (Friedberg I, 229).

alcioris loci premium debetur » ^b. [58ra] Hunc ^c autem locum ^d hodie sibi debuit jerarchicum sacramentum prelature, quo a gradu honoris in honore sublimatur generose, quia « *pontificem* » dicebatur. Et hoc de secundo principali.

Sed tercio commendatur a statu valoris in valore decoratus gloriose, quia « *stola bissina* ». Proverbiorum ultimo (31, 22. 25) : « *Bissus et purpura indumentum eius et ridebit in die <novissimo>* ». Bissus quasi mentis puritatem, purpura caritatem, indumentum virtutis significat varietatem, ut sibi ratione huius dicatur illud Gen. 11 « *Indumentum est tibi virtutum, esto princeps noster* », quia hodie sancta mater ecclesia nobis in gaudium eum interne decoravit, paterne gubernavit, fraterne enotavit, dicens illud 9 (11) Ezech. : « *Ecce vir unus, qui indutus erat lineis, habebat atramentum in dorso suo* ». Et dixit angelus ei (Ezech. 10, 2) : « *Transi per mediam civitatem et imple manum tuam prunis ignis et effunde super civitatem* », scilicet Pragensem, que tua virtute et gracia hodie potencie nobilitate munita, glorie sublimitate insignita et cleri multiplicitate fulcita. Cito ergo proferte stolam primam et induite illum, induite illum stola bissina et immortalitatis gloria, quam nobis concedat et sibi Deus benedictus. Amen.

Hec frater Nicolaus de Luna, provincialis et lector ordinis sancti Augustini.

2 Incipit sermo ad clerum [108v]

pro eleccione regis

magistri Nicolai de Luna

« *Eris corona glorie in manu Domini et dyadema regni in manu Dei tui* », Yss. (62, 3). Sicut scribitur in tercio libro Phisicorum Aristotelis ¹ <et> primo libro Rethoricorum ²), « *laus est sermo dilucidans magnitudinem virtutis* ». A quo dicto per antiquos sapientes

^b debetur] *seq.* : quere infra ad tale signum

^c Hunc] *add. in linea super.* : 0

^d locum] *add. in linea super.*

¹) Aristoteles, *Rethor.* III, 16.

²) Aristoteles, *Rethor.* I, 9.

actentica et magistralis propositio est assumpta, quod apud animos generosos insignesque ^a viros virtus laudata crescit. Siquidem igitur in titulum regie ^b maiestatis veraciter accumulare nullus putet me adulacionis fucum contexere velle et maiestatem regalis throni eiusque famam preclarissimam verbis fallacibus delinire, quin potius regie generositatis animum virtutum preconii insignitum ad continuum incrementum probitatis et honestatis, ad excellentissimam tante maiestatis prerogativam ^c hiis quibus potero laudibus provocare. Iudico tamen respectu illius sue fame preclarissime me <e> laudis additamentum quasi scintilla <m> obtuse facule ^d ad solis radium apponere luminosi, sed tamen quem Rex regum commendat et Dominus dominancium, illum orbis totus merito profert egregie commendatum.

Dico : *Eris corona* etc., alludens eius nomen, quantum ad primam et baptismalem inposicionem, quod fuit Wenczeslaus, et quantum ad confirmacionem, eiusdem nominis mutacionem domini Karoli regali auctoritate ex d <ecret>is ^e providencie dispositam, omnium voluntate factam ex magno misterio et occulto Dei studio, ut ortus secundum carnem de sancti Wenceslai regali et preclarissima posterioritate emularetur in vite sanctitate et ipsum gloriosissimum sanctum et magnum Karolum in tocius orbis monarchica potestate, fieretque veraciter « *corona glorie in manu Domini* » quantum ad gloriosum regnum et imperium Romanorum et dyadema regni nobilissimi Bohemorum.

De hoc autem duplici nomine Wenceslaus et Karolus duplex ethimologia quasi divinitus exarata ab eterno quasi quodam prophético va <ti>cinio ^f illustrissimum et preclarissimum dominum regem Romanorum Karolum, statim coronandum in regem Bohemorum, prefiguravit futurum monarcham et principem seculorum. Spiritus igitur sanctus sibi exhortacione et confortacione choram nobis omnibus audientibus et applaudentibus et totis precordiorum nostrorum conatibus domino nostro, imperio quoque Romano tamquam filiis pre aliis participibus et consortibus colle <c> tantibus alloquitur dicens : « *Eris gloria* » etc.

^a insignesque] *Cod.* : insignosque

^b regie] *Cod.* : regia

^c prerogativam] *Cod.* : prorogativam

^d facule] *Cod.* : facultem

^e d <ecret>is] *Cod.* : dnis

^f va <ti>cinio] *Cod.* : uacinio

In quibus verbis exhortacio prophetica :
 promittit domino nostro regi Romani imperii gubernaculum gloriosum — « *Eris corona glorie* »,
 committit regni Bohemici thabernaculum generosum — « *et dyadema* » etc.

In corona glorie per manum Domini Karolum per eleccionem succedes in Romani regni imperiali magnificencia,

in dyademate regni per manum Dei tui per naturalem successiorem eris heres sancti Wenczeslai in Bohemorum regni regali excellencia.

Propter primum sciendum, quod si inposicio propriorum nominum respectu humane sciencie quandoque casualiter ^g fieri videatur, respectu tamen divine sapiencie, cui nichil est casuale, ex mera et vera inscrutabili sapiencia et providencia fit. Ut dicit Augustinus Confessionum 6, « *sapiencia divina mentes indigentes illuminat nullo alio indigens lumine; qua mundus illustratur usque ad arborum velatica folia* » ³). Unde liquidum est, quod non solum divina providencia, ymmo vera Dei sapiencia noster Karolus sic vocatus est et sibi hoc nomen per misterium regie lingwe a solio faciens et inponi preclara virtutum exemplaria in magno Karolo inperatore prefulcire in litteris huius nominis quasi in seminibus sententiarum quinque preclarissimarum prerogativarum misterio seminavit. Sicut enim omnibus rebus corporalibus ipse Deus met rationes mire virtutis indidit seminales, ita ipse litteris et elementis quasi seminibus intellectualibus miras rationes indidit intellectuales, quia nullus homo ex dictionibus vel sillabis aut sonis corporalibus posset abstrahere sentencias intellectuales, nisi Deus tales rationes ipsis occulta specie ^h primordialiter indidisset, ut exhibetur per Augustinum 13 Confessionum ⁴). Quidquid igitur vere sentencie homo quicumque ex litteris potest elicere de quibuscunque dictis litteris scriptis vel sillabis, totum indubitanter Spiritus sanctus previdit et ipsis seminaliter indidit. Sunt igitur hic quinque prerogative, quinque perfecciones, quas quilibet rex verus debet habere necessario, que in ethimologia huius nominis Karolus in septem litteris

^g casualiter] Cod. : causaliter

^h specie] Cod. : spes

³ Augustinus, Confessionum — non inveni.

⁴ Augustinus, Confessionum lib. 13, c. 21 (PL 32, 856-857).

sunt seminaliter exarate. Ethimologisatur autem Karolus quasi 1. Clarissimus, 2. Augustus, 3. Rex Orbis, 4. Legifer Verax, 5. Salutiferus. Unde quinque eliciuntur, que¹ in primis verbis nostro regi preclarissimo quasi quinque torques « *super aurum et thopazion* » (cf. Ps. 118, 127) resplendentes in regio pectore infiguntur, si vere tamquam imitator magni Karoli divine procidencie oculis resistit :

1. primum est virtutum preclarissima pulchritudo,
2. secundum est profectuum continuacissima valitudo,
3. tercium est regalis et officiorum sublimissima celsitudo,
4. quartum est legum observanciarum veracissima rectitudo,
5. quintum est subditarum gencium providentissima beatitudo.

Hec quinque servando erit iste noster princeps Karolus 1. clarissimus per omnium virtutum observanciam, erit 2. augustus per regiam et officiorum diligenciam, <erit 3. rex orbis per>, erit 4. legifer verax per iustarum legum lacionem et executam manutenenciam, erit autem salutiferus [109r] per subditarum gencium provisivam benifficenciam. Que quinque per ordinem² in prima auctoritatis particula denotantur : « *Eris* » etc.

1. Virtutum enim elegancia³ clarissima denominatur in entitate subsistenda : « *Eris* » etc.

2. Profectuum continuorum accrescencia in dignitate superlativa : « *corona* »⁴.

3. Regni omnibus latissima habundancia in felicitate beatiffica : « *glorie* ».

4. Legum iustarum lacio et manutenencia in manu seu potestate formativa : « *in manu* ».

5. Gencium salutaris benefficencia in sublimitate dominativa : « *Domini* ».

1. De primo igitur describitur ut clarissimus etc. ex prima litera C. Alias enim, quod scribit Aristoteles 8 l<ibro>⁵ Ethicorum⁵, « *non est rex, qui per se non est sufficiens et omnibus bonis superexcellens* ». Ille autem includit omnium virtutum preclarissimam eleganciam, et

¹ que] *Cod.* : qui

² ordinem] *Cod. seq.* : declarantur

³ elegancia] *Cod.* : ela

⁴ corona] *Cod.* : coronam

⁵ libro] *Cod.* : 1

⁵) *Aristoteles, Eth. Nic. VIII 12, 1160b.*

hanc elargitur virtutum preclarissima pulchritudo vel plenitudo. Unde et de Saule in figura huius legitur 1 Reg. (9, 2), quod « *ab humero et sursum eminebat omnem plebem* », scilicet quantum ad virtutes et omnium bonorum excellenciam, ut in hac entitate habeat subsistentiam. « *Erit* »: Yss. (11, 5): « *Et erit iusticia cingulum lumborum* » etc. Hec enim virtutes due sunt regibus principaliter necessarie, scilicet iusticia, que « *est virtutum omnium preclarissima et neque Hesperus nec Luciffer ita premirabilis* », 5 *Ethicorum* ⁶⁾, et fides seu fidelitas, que « *est summum humani pectoris bonum* », que « *nulla unquam necessitate vel violencia inPELLI poterit ad fallendum* », nec vita morte, ut dicit Seneca ad Lucillum ⁷⁾. Hiis duabus in rege nostro presuppositis caterve virtutum omnium tamquam posse, que has com<m>it<t>antur, <apparebunt> dicente Ierem. ⁿ (23, 5): « *Regnabit rex et sapiens* » etc. Et hoc in vocem Eris. Dicat igitur illud (Iob 29, 14): « *Iusticia indutus sum sicut rex* ». Item Iob (27, 6): « *Iusticiam, quam servare* ^o *cepi, non deseram* ». « Quis igitur in omnibus <servis> sicut David fidelis » etc., « egrediens » etc. (1 Reg. 22, 14).

2. Secundo describitur profectuum continuorum augustalis accrescencia per literam A. Romanorum enim rex pro omnibus terre regibus describit in titulo « semper augustus », quia rem publicam semper adaugebit in bonis omnibus tam spiritualibus quam temporalibus, quia secundum Gregorium « *continuo non proficere quoddam deficere est* » ⁸⁾, et hoc denotat Ys. dicens: « *Eris corona* » etc. Huius exemplum presumpsit natura in psitaco ^p et alauda, que aves cristam vel coronam naturaliter gestant in capite, ut semper sursum augendi regi prescribant ^q virtutum omnium puplice accrescens incrementum, unde et utraque harum semper sursum scandit, et cum fatigata modicum dimergitur, iterum atque iterum incessanter ascendit. Ita rex augustus semper valet (?), quem augmentare (?) contra eventus fortuito<s> ascendendo indefectibiliter, deunitare (?), ut dicatur (Prov. 4, 9): « *Dabit capiti tuo augmenta graciaram et corona* »

ⁿ Ierem.] *Cod.*: Ys.

^o servare] *Vulgata*: tenere

^p psitaco] *Cod.*: presitato

^q prescribant] *Cod.*: prescripant

⁶⁾ Aristoteles, *Eth. Nic. V 3, 1129b 28.*

⁷⁾ L.A. Seneca, *Epist. 88, 29.*

⁸⁾ Gregorius — non inveni.

inclita proteget <te> ». In huius enim potencie inefficenter augustalis indicium rex in capite portat coronam. Et rex Romanorum triplici coronatur corona^r: argentea, per quam significatur prudentia et sapiencia adaugenda, ferrea, per quam fortitudo et constancia adversum resistendi, aurea, per quam iusticia iuste puniendi. Hic etiam coronabitur corona preciosis lapidibus insignati, per quam temperancia et modestia de servis^s non superbiendo. Induc, quomodo exaltacio preponitur, quod cuiuslibet regni <rex> supponitur corone imperiali, et similiter Romanorum regina^t est domina^u omnium aliorum.

3. Tercio ex^v ethimologia nominis regis^x exprimitur regni omnibus latissima habundancia in felicitate beatiffica glorie, quod significat habundanciam omnis boni, eo quod soli Deo gloria attribuitur propter boni communis continenciam plenariam, ut domino Deo dicamus: « *Gloria et honore coronasti eum* » etc. (Ps. 8, 6). Et ipse cum humilitate dicit Ys. (46, 13): « *Ponam in Syon salutem* », id est in Praga que habet montem Syon sicut in capite regni, ubi exultant filie Syon in rege, « *et in Ierusalem* », id est Romana ecclesia, « *gloriam meam* », ut dicatur sibi: « *Omnes fines adorabunt te* » (Tob. 13, 13). Et dicent: « *Tu gloria Ierusalem* » (Iudith 15, 10).

4. Quarto tollitur iustarum legum lacio et manutenencia, cum dicitur: « *in manu* ». Sicut in manu enim sunt quinque digiti, ita ad iustarum legum lacionem quinque requiruntur secundum Ysidorum libro Ethymologiarum⁹⁾: « *legem executio et custodia et quod lex contineat honestatem, iusticiam, possibilitatem, convenienciam cum loco et tempore* ». Dominus autem noster rex futurus imperator talis erit, quia secundum quod talis civilista dicit, « *nichil valet leges condere, nisi sit, qui leges tueatur* », ut de ipso sic custodiente Bohemi dicant: « *Dominus legiffer noster* » etc. (Is. 33, 22), « *ipse veniet et salvabit* » (Is. 35, 4).

5. Quinto subditarum gencium salutaris beneficiencia, signata per literam S. Sicut enim Deus omnium largitor dominatur principaliter non propter suam utilitatem, quia bonorum nostrorum non

^r corona] Cod.: eternam

^s servis] Cod.: serpis

^t regina] Cod. seq.: Romanorum

^u domina] Cod. seq.: nam

^v ex] Cod. seq.: de

^x regis] Cod.: regina

⁹⁾ Isidorus Hispalensis, *Ethymologiarum lib. 5 c. 21* (PL 82, 203).

indiget, sed propter suam bonitatem, conservacionem et salutem, ita pre omnibus principibus regalis dominacio est principatus salutaris, quia magis intendit subditarum gencium salutem. Unde 8 Ethicorum dicitur ¹⁰⁾: « *Regnum et paternus principatus habent magnam convenienciam et intercessionem: rex ad subditos ut pater ad filios, pastor ad greges sibi commissos* », et ^v dicit, quod « *paternus principatus videtur esse regem, unde et Homerus Iovem appellavit patrem* ». Et addit Aristotiles ¹¹⁾: « *Regi ad subditos est amicitia in superhabundancia beneficii* ». Et sic faciendo rex ponitur in manu Domini iuxta illud: « *Facta est super me manus* » (Bar. 3, 22).

Hoc de primo, ubi sibi Spiritus sanctus spondet Romani imperii tabernaculum gloriosum: « *Eris* » etc.

Secundo sibi committit regni Bohemici [109v] tabernaculum generosum ymmo generosissimum, ex gentis antiquitate, nobilitate et stren<n>uitate.

Si enim inspicimus gentis originem, antiquissima est et immediate a filii<s> Noe originem trahit. Et hec enim gens Greciam, Italiam et quasi totam olim Alemaniam occupavit simulque Ungariam, et adhuc habet multa regna, scilicet regnum Rosie, Croacie, Dalmacie, Ystrie, Polonie, Sclavinie, terras latissimas, in quibus omnibus regnum Bohemie optinet principatum.

De eius nobilitate dicitur latissima laudis materia, quia si regem nostrum ex nobilitate sua et gentis vellem commendare, deficerem etc. Si enim illa est singularis nobilitas ex utroque ^z parente et linea proveniens, secundum quod dicit Aristotiles libro primo Rethoricorum ¹²⁾, rex noster et ex paterna et materna linea processit ex altissimo sanguine non solum regum, sed imperatorum, ut de se patet. Et si cronicas et historiam Francorum revolverem, veraciter estimo, quod generosa domus et altissimi sanguinis a Magno Karolo per Lotharium filium eius in linea ducum de Limpurcha originem duxit, unde et Lucelburk, id est parvum Limpurch, quia veraciter ille ducatus Hetrurie ad dominum nostrum regem ratione domus de Lucilla tamquam ad heredem proximum pertineret. De nobilitate autem gentis

^v et] *Cod.*: ut

^z utroque] *Cod.*: utraque

¹⁰⁾ Aristoteles, *Ethic. Nic.* VIII 12, 1160b.

¹¹⁾ Aristoteles, *Ethic. Nic.* VIII 13, 1161a.

¹²⁾ Aristoteles, *Rethor.* I, 5.

Bohemice aliquid dicere suspectum est nec inter Bohemos hoc esset insigne, quia de fetibus adulacionis traheret secum fucum. Dicit enim Aristotiles primo Rethoricorum ¹³⁾, quod « *inter Athenienses laudare Athenienses non esset decorum, quia decorus laudis titulus solum attolitur de hiis, que ex libertate voluntatis et ex studiosa industria preceserunt* ».

Nomen baptismale regis nostri sibi inpositum utique ex divine dispositione providencie omnia ipsius regni predicamenta presig-
<n>anter <continet>. Unde quinque in hoc nomine ethimologie eliciuntur, que virtutes eius explicant tam preteritas quam futuras, ita ut quociens huius nominis recordatur, ad infra scriptas virtutes instigatur, et sunt vere proprietates regie maiestatis.

Ethimologisatur autem Wenczeslaus quasi Wltu Elegans, Natura Equanimis, Zelator Legis, Amator Virtutis, Strennuissimus.

Debet igitur regalis maiestas <primo> wltu eleganti, id est dyademate decorari, unde dicitur : « *et [in] dyadema [te]* ».

Debet secundo tamquam naturali equanimitate quasi rationali industria regnandi coronari, ideo additur : « *regni* ».

Debet tercio zelo legis manualiter et operativa paranda inflam-
mari : « *in manu* ».

Debet quarto amore virtutis quasi divino numine et semine pullulare et dilatari, quia : « *Dei* ».

Debet quinto strennuitate virtuosi operis quasi quodam minimo et simul naturali proprio adornari, quia : « *eius* ».

De primo sciendum, quod secundum Tulum in secundo Rethorice « *wltus est habitus oris secundum diversos affectus animi* » ¹⁴⁾; unde colligitur, quod in wltu hominis maxime relucet affectus, ymmo wltus hominis est exemplatum simulacrum, unde specialissime wltu <s> sapientie. Debet igitur eloga regalis esse serena, pia, placida. Et ideo reges serenissimi, piissimi, illustrissimi solent in scriptis literis et epistolis intitulari. Unde Bernhardus De consideratione ad Eugenium papam dicit ¹⁵⁾ : « *Sis semper wltu serenus, alias ser<i>us aut severus, et constans* ». Et David interpretatur « *manu fortis et wltu decorus et desideratus* ». De Salomone ^a in Paralipom. <dicitur>, quod « *universi reges terre desiderabant videre wltum Salomonis* » (2 Paralip. 9, 23).

^a Salomone] Cod. : solanone

¹³⁾ Aristoteles, Rethor. I, 9.

¹⁴⁾ Cf. M.T. Cicero, De or. II, 148.

¹⁵⁾ Bernhardus, De consideratione lib. 4, c. 6 (PL 182, 787).

Secundo debet esse natura equanimis: « *Quaecunque insunt ex habitu virtutis, quasi per motum nature inclinant* », ut dicit Aristoteles ¹⁶⁾, et Tullius secundo Rethorice ¹⁷⁾: « *Virtus est habitus animi rationi, igitur manifestum (?) nature consentaneus* ». Regalis igitur maiestas debet omnia eque e converso animo, quasi quodam temperamento omnium, moderari et operari, non elevari in prosperis, non deprimi in adversis, nec ex ira vel odio agere, et maxime clemens esse debet. Unde ad laudem regis Israel dixerit Benida, rex Sirie ^{b)}: « *Reges Israel clementes sunt* » (3 Reg. 20, 31).

De tercio dicitur: « *Diligite iusticiam, qui iudicatis terram* », Sapientie 1 (1). Unde Proverbiorum 20 (6): « *Rex qui sedit in solio suo, dis<s>ipat omne malum intuitu vultus sui* ». « *Fiat igitur manus tua super virum dextere* ^{c)} <tue> » etc. (Ps. 79, 18).

De quarto: Debet esse sermone verax, iudicio iustus et interventu stren<n>uus et in morum honestate preclarus, ut sibi dicatur: « *Misericordia mea et veritas mea* » etc. (Ps. 88, 25). Tunc « *erit tronus eius* ^{d)} *sicut sol* » etc. (Ps. 88, 38).

De quinto: Debet habere cum constantiam et fortitudinem, et tunc habebit in omni virtute coronam et omnium honorum perseveranciam. Stren<n>uitas enim est idem quod fortitudo, que est potissima quatuor e virtutibus cardinalibus, quia secundum Tullium secundo Rethoricorum includit magnificenciam, confidenciam, constanciam, pacienciam et perseveranciam ¹⁸⁾. Dicamus: « *Deus, iudicium tuum regi da* » (Ps. 71, 2 ss.) totum, quia « *oriatur in diebus eius iusticia* » (Ps. 71, 7) et « *benedictum nomen maiestatis eius in eternum* » (Ps. 71, 19). Amen.

Sermo magistri Nicolai de Luna etc.

Litoměřice, Komenského 4, CSSR.

Jaroslav KADLEC.

^{b)} Sirie] *Cod.*: Cirie

^{c)} dextere] *Cod.*: defficere

^{d)} eius] *Cod.*: erit

¹⁶⁾ Aristoteles — non inveni.

¹⁷⁾ *M.T. Cicero, De inventione 2, 159*: « *Virtus est animi habitus naturae modo atque rationi consentaneus* ».

¹⁸⁾ *M.T. Cicero, De inventione 2, 163.*